



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**TRACTATVS|| DE CON-||FESSIONIBVS MA=||LEFICORVM ET  
SAGA-||RVM SECVNDÒ RECOGNI||tus, & auctior redditus.||  
An, & quanta fides ijs adhibenda sit?||**

**Binsfeld, Peter**

**Avgvstae Trevirorum**

**VD16 B 5530**

Quinta Conclus. Si quis ex somnis prædicat futura, quando procedunt ex reuelatione diuina, non peccat, sed licitum est.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41113**

Quinta Conclus. *Si quis ex somnis prædicat futura, quando procedunt ex reuelatione diuina, non peccat, sed licitum est.*

**C**ONTAT ex sacris literis. Genes. 15. Cùm q̄; sol occuberet, sopor irruit super Abram, & horror magnus & tenebrosus inuasit eum. Dicitur q̄; est ad eum: Scito prænosces, quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua: & subiciet eos seruituti, & affligent quadringentis annis. & Genes. 40 & 41. Ioseph interpretatus est somnia. Matth. 1. Angelus Ioseph apparuit in somnijs, & futura prædixit, & Matth. 2. Magi in somnis acceperunt responsum, ne redirent ad Herodem: per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. Et ibidem. Defuncto Herode iterum Angelus Domini in somnis Ioseph apparuit in Aegypto, dicens. Surge & accipe puerum, & matrem eius, & vade in terram Israël, defuncti sunt enim qui quærant animam pueri.

#### DVBIVM CIRCA DICTAM Conclusionem.

*Quare Deus potius in somnis reuelat futura, quàm in vigilia?*

**R**ESPONDET S. Bonauent. in 2. d. 25. quæst. vltima. Primò, quia anima in vigilia dispersa est ad exteriora sensibilia, & sic minus